

galērus, i. subs. m. **FORMA** n. galerum SERV Aen 7.688. FULVOSQUE LUPI DE PELLE GALEROS. galerus genus est pillei, quod Fronto genere neutro dicit 'hoc galerum'. FRONTO Epist 7. Hoc galerum. ISID Orig 19.30.3. Gentilium uates infulas, apices, pillea siue galeria utebantur.; f. galera, ae GLOSS 5.363.2. galeras pilleas, mitras., quod KEIL coniectauit, sed alii dubitant^{EM}; dem. n. galericulum (~galericum). **ETYM** galea; sed uice uersa, a galerus prouenire posset VARRO Ling 5.24. Galea ab galero, quod multi usi antiqui. **DLAT** galeritus, Galeria, Galerius. [FREQ humilis 29^{indicia} 1,7 /d.c.m. 29-19 VERG] uocabulum scriptis litteraris omne genus, narrando (uersui heroico) magis, proprium, uisibus praecipue doctis numquam quotidianis, multo magis uersu quam prosa; inde a saec. I aec. apparet, saec. I-II ec. abundantior.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentans	4	0,56
	exponens	2	0,68
	lyrica	1	3,5
	narratiua	20	3,7
	satirica	2	10
DIACHRONICA	I aec.	2	0,72
	I-II ec.	18	4,7
	III-V ec.	9	0,95
DIAPHASICA	docta	18	8,7
	media	11	0,8
DIASTRATICA	litteraria	29	2,1
MODUS	prosa	12	0,83
	uersu	17	9

¶ **a** operimentum capitis militis pelle confectum, caluariae adhaerens. ferae pelle concinnatum erat, qua admota eius ferocitas et fortitudo militi praestaretur^{EM}, pelle pristinam ferae speciem per suos capillos retentante • casco de piel vuelta bastante ajustado al cráneo del guerrero; estaba confeccionado con la piel de un animal feroz, cuyo contacto proporcionaría a su portador la fortaleza y el valor de aquel^{EM}, y por ello era importante conservar el aspecto original de la piel del animal, con el pelaje hacia fuera [HYPER arma capitis DOM pelle capillamenti flauicomantis confectum flauus, fuluus] 29-19 VERG Aen 7.688. pars spicula gestat bina manu, fuluosque lupi de pelle galeros tegmen habent capiti. 80-90 STAT Theb 4.303. Arcadii morem tenet ille galeri, ille Lycaoniae rictu caput asperat ursae. 390 AMM 31.2.6. galeris incuruis capita tegunt, hirsuta crura coriis munientis haedinis, eorumque calcei formulis nullis aptati uetant incedere gressibus liberis. 📖 PAUL FEST p225. Pellirem galerum, quia fiebat ex pelle. GLOSS 5.204.14. galeros calamaucos pelliceos. 5.204.15. galeros corium, inde et galea.

b inde ad capitis operimentum simile pertinuit quod homo quislibet indueret quotidianis usibus aptum, pelle cuiuscumque animalis confectum • luego se aplicó a un gorro parecido, pero no militar, sino de uso común y cotidiano, y ya podía variar el animal con cuya piel estaba formado [HYPER operimentum capitis] 23 CORN SEV Carm 7.1. flauo protexerat ora galero. 5 GRAT 340. tegat imas fascia suras; sit pellis uitulina, suis et tergore fuluo ire decet, niteant canaque e maele galeri. 198-204 TERT Cult fem 2.7.1. Affigitis praeterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi uaginam capitis et operculum uerticis, nunc in ceruicem retro suggestum. 390 AMM 30.8.4. Artaxerxes ... ne secaret aures more regio pro delictis, ex galeris fila pendentia praecidebat. 📖 ADNOT Lucan Suppl 1.604. APICEM galerum.

specialiter is quem Mercurius induebat • especialmente el sombrero de Mercurio 80-90 STAT Theb 1.305. paret Atlantiades dictis genitoris et inde summa pedum propere plantaribus inligat alis obnubitque comas et temperat astra galero. 395-397 CLAUD Rapt Pros 1.78. Cyllenius astitit ales somniferam quatiens uirgam tectusque galero.

c PATR ab eius uillosa specie caluariae adhaerente, eo ut capillamento utebatur; et notum erat feminas Romanas capillos suos flauos aquilo capillamento abscondere, uiribus Romanis flauum feminarum capillum in peius notantibus • por su exterior peludo y su forma adaptada al cráneo, fue utilizado como peluca; y era conocido que las mujeres romanas ocultaban sus cabellos rubios bajo una peluca oscura, pues el color amarillo estaba identificado con conductas femeninas que el patriarcado reprobaba [HYPER capillamentum SIM ~caliendrum] 84-85 MART Epigr 14.50. Galericulum. Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos, hac poteris madidas condere pelle comas. 121 SUET Otho 12.1. galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato et adnexo, ut nemo dinosceret. 370 AVIAN Fab 10.7. Nam mox deiecto nituit frons nuda galero, discolor apposita quae fuit ante coma. 📖 SERV Aen 4.698. FLAVUM CRINEM. matronis numquam flaua coma dabatur, sed nigra: unde Iuuenalis «et nigro flauum crinem abscondente galero». huic ergo dat quasi turpi: uel quia in Catone legitur de matronarum crinibus «flauo cinere unctitabant ut rutili essent».

d operimentum capitis Saliorum fuit, uictimae pelle concinnatum; quod ab antiquo processerat • gorro o bonete ritual, provisto de cintas, propio de los sacerdotes salios, confeccionado con la piel de una víctima; este uso debió ser antiguo [HYPER operimentum capitis caerimoniale] 100-128 IUV 8.208. credamus tunicae, de faucibus aurea cum se porrigat et longo iactetur spira galero. 160 GELL 10.15.32. uerba M. Varronis ex secundo rerum diuinarum super flamine Diali haec sunt: «Is solum album habet galerum, uel quod maximus, uel quod Ioui immolata hostia alba id fieri oporteat». 397 HIER Epist 66.13. Quartum genus est uestimenti, rotundum pileolum, quale pictum in Ulyxi conspicimus, quasi sphaera media sit diuisa, et pars una ponatur in capite: hoc Graeci et nostri τιάραν, nonnulli galerum uocant, Hebraei MISNEPETH: non habet acumen in summo, nec totum usque ad comam caput tegit; sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit: atque ita in occipitio uitta constrictum est: ut non facile labatur ex capite. 📖 SERV Aen 2.683. Suetonius tria genera pilleorum dixit, quibus sacerdotes utuntur, apicem, tutulum, galerum: sed apicem pilleum sutile circa medium uirga eminente, tutulum pilleum lanatum metae figura, galerum pilleum ex pelle hostiae caesae. ISID Orig 19.30.3. Gentilium uates infulas, apices, pillea siue galeria utebantur. GLOSS 4.240.39. galerum pilleum pastorem de iunco factum.

e operimentum pelle confectum quo retiarius armum protegebat, quod reti suae per funem adunabatur • quizás designó la hombrera de piel con que se protegería el gladiador retiario, unida mediante un cordón a su red característica 100-128 IUV 8.208. Longo iactetur spira galero. 📖 SCHOL Iuu ad loc. pileo, quem habent retiarii. galerus est umero inpositus gladiatoris.